IOHANNES DE TURRECREMATA
Süddeutscher Raum, 1477 Seite 51r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



peruersis erroribus polluit et ideo veniam non me-
retur

Iniquitatem longa deliberacione meditatus est in se-
creto cordis sui dedit se studiose omni generi pcti maliciam
aut omni criminum mrez non oduit sed dilexit

Propheta ondens bona omnia a deo esse inquit

Domine in celo .i. celestibus viris specialiter est mia
tua ubi copiosius dona a te emanauerunt, hoc enim
bonum qd habent ut s. sint celestes viri altitudine con-
templacionis nobilitate conuersacionis et sanctimonia
vite non est ab eis sed a te similiter a te qz amplior
noticia veritatis venit per reuelacionem tuam ad doctores
per quos tamqm per nubes pluentes verbis coruscantes
miraculis ymbrem salutis emittis ut fideles fructum
dent fidei, qui steriles fuerant ariditate peccati

Iusticia tua .i. iusti tui et maxime apli qui capaces
diuine iusticie deuotis nisibus extiterunt sicut montes
dei, qui a solis ortu radios noue lucis excipiunt et ad con-
ualles terrarum refusa claritate transmittunt iudicia quibus
horum misereris et hos ~~excetas~~ sunt incomprehensibilia
et inscrutabilia admodum abyssi

Sub tua prouidencia est status tam hoim electorum ~~quam~~ qm
reproborum Saluabis hos s. reprobos salute corpali,
tm nature necia communiter prouidendo Electos vero spiri-
tualiter animas eorum saluando o deus quemadmodum
multiplicasti miam tuam .i. ~~[illegible]~~ incomphensibiliter et
mirabiliter multiplicasti

Filii vero hoim racionabiliter viuentes spiritaliter
in protecione tua spuali, sperabunt saluari se, recepturos
eterna bona que alarum tuarum .i. veteris et noui testamen-
torum testimonijs describunt

Merito sperabunt iusti in protecione tua qm habundant
et deliciose reficis eos Inebriabunt .i. saciabuntur
em sine fastidio ab ubertate domus celestis glorie et